

## Aduertencias para

¶ Est aduertendū q̄ quotiescunq; in aliqua Bulla, & priuilegio conceditur facultas absolueendi a quacūq; cēsura [sicut cōceditur prælatis religionū in facultate ipsis cōmissa à Clem. 4] & etiā si addatur, q̄ id ipsum possūt facere in foio cōscientię [sicut additur in priuilegio Martini quinto, concessio Priori Sancti Benedicti Valli Soleti, de quo supra egimus]. talem facultatem extendi, vt extra forū sacramentale, possit talis absolutio dari, prout tenet Henriquez lib. 3. de indulg. c. 13. dicens, hanc opinionem tenuisse Victoriā, Peñam, & Medinā, doctissimos patres Dominicanę familię. Et affirmat, q̄ Cōmissarius generalis Cruciatæ hoc modo, similem clausulam Bullæ Cruciatæ explicauit. Neq; obstat quod indicatis priuilegiis dicatur, quod possint absolve-re, à peccatis & à censuris, & peccatorum absolutione nō possit dari nisi in Sacramento penitentia. Nam respondetur id debere intellige secundum dispositionem iuris, videlicet, quod à peccatis fiat absolutio in Sacramento penitentia, & à censuris extra Sacramentum, iuxta ea que notantur in iure, & tradunt Ar-milla, Ledesma, & Soto. Frater Emanuel art. 7. q. 20, iam citatæ. Et q. 61. art. 7. docet,

con